

106

Solennibus elatæ Virtutis solemnibus,
Proteis,
FAMÆ, FORTUNÆ,
IN ONOMASTERIIS NON IN=SOLENNIBUS,
&
ONOMASMATE
GENEROSI, PER-MAGNIFICI
DOMINI,
**D. JOHANNIS
LIPNICKI,**
ILLUSTRISSIMO
ARCIS MARIÆBURGENSIS ØCONOMO,
Vere Johannis,
UBEROSIS HUJUSCE FASCIBUS STOLONIS,
Da piferi Sanocensis
&
Hæreditarii in Renckau,
Ao. M. DCC. VII. d. XXIV. Junii
FELICI SIDERE,
Votivo applausu celebratis.
Elogiastico suo murmure,
Garrulus anser, quam gracilis orlo
Adesse potuit,
INGLYTI TANTI NOMINIS
devotissimus
Cultor,
TANTIQUE MECÆNATIS,
Quo vix generosior alter,
subjæctissimus Cliens
NATHANAEL LANGWALD, Bor.
St.

GEDANI,
Typis JOHANNIS ZACHARIAE STOLLII
ATHEN. TYPOGR.



Ugustum Nasonis metrum mulcet Augustum.

Roma oram, decantat, aram Maro,

Lares concinnat Lyrus :

Immortalis Orphei Lyra svadet mortales ,

Olor blandus auras, aures & afficit blandiloquus olor ;

Nitidos, quid interstrepere olores anser sum enitus ?

Lyra non delira !

Delirus, nisi liria cantat lyricus.

Noctua, tu solem decantabis nocte ?

Solis matutini radios pati impatiens, meridianum hujus diei solem, solam

Cujus non dixeris elogii tanti nominis digni umbram ,

Adumbrato tuo genio adumbrabis ?

Obumbrata opinio !

Nitimus invetitum, invita Minerva.

sed

Ubi Mecoenates non desint Marones.

MECOENAS!

Angustum hoc metrum, inter tot Angustias compositum ,

incompositum ,

non componet nomen tuum,

Omni gloria consumataque virtute Augustum.

Stylus acui stimulat ,

Quod lapidarium stylum elegerim , charta lapide.

Jejunum erit metrum ,

Quia celebro plus quadragesimale Jejunium.

Silentium fingerem plus Pythagoricum ,

Quia Maxima laudantur silendo ,

Sed Sillentium infringit Oborta Lux ,

Nomini Tuo Munificentissimo sacra.

Surgam igitur & in landes tuas, licet non par illis assurrexero,

Consurgam.

Offero ego Sinetas quid e Pegaseo Flumine ,

Licet merita tua digne non effero.

Hauriendo laudum tuarum Rivulum ex pānsum ,

Pandit se mihi Oceanus in exhaustus,

Spiram Neptuno tali commiterem temere , mere

Ni favonii tui spirarent,

ARTAXERXES.

Phœbe igitur de Climate meo non declina ,

Ut dicam carmina

Illustri illi Phœbejo

Domino

JOHANNI LIPNICKI ,

Nobili Palladiæ Soboli ,

Argo Sapientiæ Centoculo ,

Multijugō honoris Atlanti ,

Jasoni felicitatis Strenuo .

Quem semper inter Stellas non tertia Magnitudinis

Nostro

Nostro in Horizonte
Fixisse sedem & excedem vixisse
videbimus.

Non Cometam, nisi Comatam illam virtutum Comitem,

Sed Planetam, Solo & Polo suo dominante.

Non Nebulosam, nisi totam vitam nebula s
sed lucidam, sine fuso usque ad focum.

Non Erraticam, nisi ob venerem Conjugem ;
Sed fixam, omnes expuens fictiones, clarus factis.

O Sydus Jubarque Nostrum !

Quod fama, divum Nutrix, Nubium Viator tutus,
Cassiopeæ loco locavit,

Ut novum appareat & nunquam dispareat,

Ut nunquam moriatur, quamdiu cœlum moratur.

DIVE LIPNICKI !

Magni Solis Hesperus, quem
Magnarum Hesperiadum SOL.

Illusterrimus tuus Princeps

Oculo suo loculat,

Non aulam & arcem sed ut animam suam lustrat.

Legebat Te sibi quando ad Moschos legatum.

Qua oblegata legatione,

Placuit relegare nomen latinum

Legatum,

Et eligere græcum

"ΑΓΓΕΛΟΝ ,

Dum allegeres quandam in Angelum, cui te alligeres.

Legabat jam ipse Princeps ,

Ut ambiret Te officium priusquam ipse ambires :

Ut nos in Speculo illo Iconumantico te Oeconomio gauderemus.

Principis Tu jam Personam, oratorem circumfers,

Et

Famam infers quo faciem fers ,

quia

Comitatu morum invidiam auffers fortunæ Comitem ,

Et

Comitem te offers omnibus tua Comitate.

GENEROSE PERMAGN.

Quem propria Virtus, Nominis Nobilitas ,

Rebus in suscipiendis Prudentia, exequendis

Fortuna, Magnificere.

Bona Fata !

Te

Nobilis suada, bis, nobilitate literarum, nobilem creasse,

Pectus nobilius Themidis suxisse, & nutritissime fertile oraculorum Pectus
effata.

Quod jam

Nobili connata humilitate & humili nobilitate ,

Nobilissimam illam humanitatem omnium ,

Non tam colligas quam cogas.

VIR NOBILISSIME.

Talem jam vos subditi habebitis, qualem optastis, Thalem,
Caducea qui tractat, ne fiant publica caduca.

Clausos jam felicitatis nostræ fontes hic Jason recludet,
Aureum vellus, aureo Sapientiæ Remo, aurea aureæ pacis navi
Advehens,

Aurea cuius virtutibus anima, salutis aurifodina,
Ipse cunctis aureus,
Ditat & Dotat.

Animos & affectus lucrari, ditissimas usuras,
Facere felices felicitatem summam
æstimat.

Felix Argonauta !

Felicior navis !

Felicissima Tempestas,
Infelicissimis in undis.

Plaude jam mea Musa & applaude,
Ingredere hoc optimæ famæ Domicilium, ilium
Habitaculum sincerioris fulgoris, oris

Felicitatis attolle, tolle
Supra lunam, unam

Ne virtutem dignis potes laudibus ornari, onerari
Quem vides omnibus, omnibus

Elogiis prosequere, sequere
Honore digno immortali, tali.

Abrumpo & in laudes tuas erumpo.

Tacitus sum, quia ipse Orator tui tacitus.

Adoro tamen gloriam tuam, propria glriosorum Meritorum
Adorea.

Oro hac ara : Felix vive.

Ut & nos emergamus felices.

Salvus vivē,

Quia & in Te pars salutis nostræ est.

Jam nobis visi sumus versari in humanitatis tuæ aurora,
Sinas nos percipere quoque benevolentiæ meridiem,

Quem nunquam obducat malevolentiæ nox.

Vive Phœbe noster ! nunquam Eclipsin patiaris !

Venerem Tuam,

Virtutibus paribus non tertiam venetantem,

Infatur Saturnus nunquam excipiat !

Thalamus Vester nunquam fiat Tumulus,

Lectus nunquam Luctus ! O Parcæ !

Parce fila ducite & his angelis Parcite ! Diu vivite.

Quia vos palladis & veneris effigies veræ,

Idem vobis fatum addico,

Quod Oraculum olim de Palladio effatum :

Tam diu mansuram urbem, quam diu in ea
fuerit

Palladium.

(S) (O) (S)